

mas benedicendas ex consilio Synodi Tridē  
 tinæ, quæ hortatur contrahentes Matrimo-  
 niū ad benedictionem, accipierdam ante cō-  
 summationem eius. Vbi ponderandū est ver-  
 bum illud quod hortat [ & non præcipit ] quod  
 significat id esse de cōsilio, & ita nō esse pec-  
 catum ante illam consummare, etiam prima vi-  
 ce, nec exigendo, nec reddēdo, nec vbi est,  
 consuetudo benedicendi, nec vbi non est.  
 Quid? quod neque peccatū veniale esse di-  
 cit, dummodo id fiat sine contemptu. Et ter-  
 tio, per consuetudinem induci posse, vt non  
 solum cum virgo nubit viduo, sed etiam cū  
 virgo ducit viduam, vel cum vidua nubit vi-  
 duo benedicatur, vel reiteretur benedictio,  
 licet rationabilior sit consuetudo in primo  
 membro, quā in secundo, & in secundo, quā  
 in tertio: quia hæc prohibitio iuris humani  
 est, & sicut per legem, ita per cōsuetudinem  
 contrariam tolli potest. Quem sequuntur  
 frater Emanuel. 1. p. Sum. cap. 237. Et Hé-  
 riques To. 2. lib. 11. de Matrim. cap. 2. nu.  
 3. Et quarto docet Nanarro prædic. cap. 22.  
 num. 71. peccare mortaliter qui temporibus  
 ab Ecclesia prohibitis benedictionem nup-  
 tiarum accipit, aut in domum suam sollemp-  
 niter